

www.e-rara.ch

Index Linnaeanus in Leonhardi Plukenetii M.D. opera botanica

Giseke, Paul Dietrich

prostat Hamburgi, 1779

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: NB 528,14

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-29622>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

INDEX LINNÆANUS

IN

LEONHARDI PLUKENETII,

M. D.

OPERA BOTANICA

OLIM IN PRIVATOS USUS CONSCRIPTUS,

NUNC VERO

IN ALIORUM ETIAM COMMODUM EDITUS.

ACCESSERE VARIE IN VITAM ET OPERA PLUKENETII OBSERVATIONES
PARTIM EX IPSIUS MS^{TO}

AUCTORE

PAULO DIETERICO GISEKE, M. D.

PHYS. ET POET. PROF. IN GYMNASIO HAMBURGENSE

INDEX LINNÆANUS

IN

JOANNIS JACOBI DILLENII

HISTORIAM MUSCORUM

OB SIMILEM USUM ADDITUS EST AUCTORE EODEM.



In tenui labor!

PROSTAT HAMBURGI APUD AUCTOREM
ET CAROLO ERNESTO BOHN COMMISSUM.

TYPIS CAROLI WILHELMI MEYN. 1779.

INDEX LINNAEANUS

IN

LEONHARDI PLUKENETII

M. D.

OPERA BOTANICA

OLIM IN PRIVATOS USUS CONSERIPTUS

NUNC VERO

Hujus Indicis aliquot specimina etiam in forma 50257

*5025757 sunt exscripta ob eos similes indices qui in
posterum prodibunt, ut uno tunc volumine compingantur.*

Sed aliquanto pluris constant.

PAULO DIETTERICO GISEKE, M. D.

PHYS. ET POET. PROF. IN GYMNASIO HAMBURGENSE

INDEX LINNAEANUS

IN

ZENTRAL
BIBLIOTHEK
ZÜRICH

JOANNIS JACOBI DILLENI

HISTORIAM MUSCORUM

ON SIMILEM USUM ADIUTUS EST AUCTORE EODEM

In univ. Libr.

PROSTAT HAMBURGÆ APUD AUCTOREM

ET CAROLO ERNESTO BOHN COMMISSUM

TYPE CAROLI WILHELMI MEYER. 1759



L
EONHARDUS PLUKENET, natus a. 1642. Medicinæ se dicavit, sed illustrior est Botanica, quam Therapia. Num origine Anglus fuerit nec-ne? ignoro; posterius tamen ex nominis gentilitii varia scriptione, magis vero ex ejusdem interpretatione probabile fit, dum Ericam a se dictam appellet: *Ericam flore plus quam eleganti s. plus que netii*. Hinc e Gallia oriundum fuisse suspicor. At quamvis nulla gens sua ingenii lumina pluris æstimet Anglis, nulla tamen æque negligens & (sit venia verbo) socors est in ipsorum memoriis vitæ posteritati tradendis. Paucissimi sane primipilarium quoque virorum ex iis sui nacti sunt Biographi, si cum aliarum gentium nominibus illustribus comparas. Mirum sane non est, in *Dictionnaire de BAYLE* eum non invenisse locum, nec in Supplementis ejus, quum Is philosophica præprimis & verustiore historię partem tractarit, nec in *MORERI*, edit. XI. a. 1724. In *Basileensi* Lexico exstat quidem nomen ejus, sed præter operis titulos & citationes aliquas, vix quicquam; e quo tamen *JOECHERUS* sua de illo excerptit. At in *Dictionnaire encyclopedique* (edit. d'Yverdun), ubi *Plinia* bis exstat, suo loco, & in Supplem. *Plukenetia* quidem memoratur additurque: *nommée d'apres PLUKENET, grand Botaniste Anglois*, sed nihil præterea. Nec datum fuit *Biographiam britannicam*, aut *the British Plutarch* evolvere, si quædam illis forte ad rem nostram inessent. Hinc censores, si quos forte nanciscor, quibus ista patent rogatos velim, rectene opiner an minus, neutri inesse quicquam de Plukenetio, indicent. Quare pauca, quæ de ejus vita expiscari potui, observatis de operibus ejus immixta reliqui.

Filium genuit *Richardum*, tunc literis vacantem Cantabrigiæ, quum *Almagesti* ederetur Mantissa. Hortum coluit Londini ipse ¹⁾ aditusque ipsi patuit ad hortum Hamptoniensem tunc satis celebrem; *Reynardsoni*, aliosque. Plurimum tamen valuit Horto sicco, quem 8000. plantas comprehendere

¹⁾ Raj. Synopf. Stirp. britan. 1724. sed locum non reperio.

prehendere scripsit, quarum Catalogus s. *Onomasticon* Almagestum est. ²⁾ Varias harum ipse legit indigenas, alias a Botanicis coævis, RAJO amicis & in *Synopsi* adjutoribus, accepit, quos semper excitat. Sed maximam partem ex India Orientali siccis obtinuit opera *Car. du Bois* Mercatoris, & *Alex. Brown*, Med. & Chir., ut ait, eximie periti, quas in *Mantissa*, & a *Jac. Cunningham*, pariter Chirurgo, quas in *Amaltheo* recenset, aliquas & a *Guil. Sherardo*, viri inter Botánicos tunc summæ auctoritatis, paucas a *Jac. Petivero*, qui, initio saltem ³⁾, ipsi amicus fuit. Dein vero videtur alienus ab eo factus fuisse, quum eum feriant, quæ infra allego ⁴⁾. JO. RAJO, eruditissimo præteriti Sæculi Botanico, in ordinando T. II. *Historiæ Plantarum* opem tulit ⁵⁾, qui quam bene de hoc Nostri opere senserit, infra dicetur. Fuit autem ingenio summo in definiendis quantum tunc licebat, plantis ipsumque prope ad LINNÆUM accessisse felicitate nominum, si principium fructificationis tunc ita, ac hodie, notum fuisset, asserere nullus dubito; ita uterque in iis conveniunt, quæ de nominibus formandis habent, aut potius ita Linnæus haud pauca cum PLUKENETIO ex Philosophia desumpsit, eorum, quæ in *Critica botanica* profert. Sed hæc de definitione specierum dicta sunt; genera enim, ut tunc mos fuit, ab externa quacunque similitudine dicere plerumque soliti erant, v. c. *Alni facie* &c. *Nuci-prunifera*; *Jacobææ aliquomodo accedens*; *Mali persicæ similis* &c. & si vere ejusdem generis plantæ fuere, differentia specifica nonnunquam admodum bona fuit. Interdum tamen & ejusmodi occurrunt loca, ubi videas, quam egregie fructificationem ad condenda genera adhibendam esse perspexerit, v. c. *Mantiss.* p. 113. Hinc & in fine ejus addit: se plures multo omisisse quas nondum exactius observare & delineare licuerit. Præterea idem ipsi cum LINNÆO fatum fuit, ut contradictum sit ipsis, quare multum conquestus est passim de invidia, malevolis & defectu præmiorum laboribus suis debitorum. Neque tamen cessavit, sed ex eo quod sibi elegerat symbolo: *aliis inserviando consumor*, egit. Ita enim *arsit* in conquirendis sculpendisque plantis *ut nullus*; nec satiari potuit sciendi cupidine, quamvis non leves sed ingentes sumptus fuerint erogandi, quos e suis ipse sustinuit opibus. Namque in *Præf. Mant.* 1700. testatur hæc: „Licet nos omni Mæcenate destitutos esse, nec ullo Evergeta in partem oneris ferendi huc usque adjutos hinc palam & ingenue profiteremur (quod non possit sane non maximum esse dehortamentum, & summum tædium nobis ingerere sumptus tantos faciendi alienis deliciis): alia tamen (DEO favente) nec minus Pluk'netii nomine digna expectata.“

Periculum

²⁾ Id Cl. SEQUIER prætervidisse videtur, quum *Bibl. bot.* P. I. sub *Plukenetio* ignorare se ait, num Catalogus herbarii ejus, quem promiserat, editus sit. V. *Pluk. Præf. ad Phytogr.* P. I.

³⁾ V. *Phytogr.* T. 22. f. 4. & *Inscriptionem* *Appendicis* P. I. *Phytogr.* infra transcribendam, & *Phil. Transact.* No. 224. p. 395.

⁴⁾ „Neophytus quidam e Nostratibus sub titulo *Amaranthoides polygonifolio hirsuto* — exhibet (*Dictamnium æthiopicum*). — Nihil sane infulsius videtur, quam omnem occasionem in publicum prodeundi arripere, & vel nugis venditandis famam aucupari, a quo quantum absit Neophytus noster, Centuriæ suæ testantur.“ *Mantissa* p. 64. Exstat nempe hoc nomen in *Mus. Petiv.* Cent. II. n^o. 143.

⁵⁾ V. *Præfat.* ejus *Tomi*.

Periculum quidem obtinendi Evergetæ fecisse videtur, dum Phytographiæ suæ Partem I. HENRICO COMPTON Episcopo Londinensi; P. II. WILHELMO A BENTINK, Comiti Portlandiæ, qui Regi GUILIELMO III. proximus erat & intimus; III. denique illo ipsi Regi dedicavit. Quum enim Comes Portlandiæ rem hortensem in deliciis haberet, probabile est, Auctorem nostrum, per illum in favorem Regis voluisse se insinuare, ut ab Eo sublevaretur. Sed Partem IV. nemini inscripsit. Spe itaque tum excidisse Nostrum, docet illud titulo subjectum: *cui nil nisi præmia desunt*. Attamen in fine operis obtinuit adjutores, nempe in *Amalthei* Præf. hæc exstant: „ Sic & „ nunc dierum obtinet, quod doctiores & sapientiores inter Magnates nostros, imo Principes ipsi — ad „ eam (Botanicam) promovendam unanimiter conspirare videntur; hi sane ad hoc opus consumman- „ dum sua contribuere auxilia. His equidem adjuvor, lætor plurimum quod tales Mæcenates habuerim. „ Horum omnium liberalitatem non solum mihi, sed omnibus celebrandam ac divulgandam censeo. „ Horum erat benignitas, quæ non contemnenda adjectione hac vice provexit Icones nostras. “ 6)

Quo usque vixerit non reperio; sed non diu post annum 1705. superstitem fuisse, inde mihi persuadeo, quod Tomus operis, eo anno editus, omnino MS^{us} notis careat, quibus priores abundant, inprimis in *Explicatione abbreviatorum nominum*, quæ in meo specimine iis duplo fere auctior est, atque eadem, quanta ejus auctorum notitia, ut textus quantum in eorum lectione versatus fuerit, ostendunt.

Præter hoc opus duæ ejus extant Epistolæ ad Rajum in „ *Philosophical Letters between Mr. RAY* „ *and his friends, published by WIL. DERHAM.*“ Lond. 1718. 8vo. p. 226 & 244. quarum prior animadversiones in illius Synopsin continet, posterior ad aliquas Raji in Phytographiam notas respondet.

Sed celeberrimum opus est Phytographia, quæ quum a Botanicis die noctuque teratur, ulteriorem sibi postulat descriptionem. Quia autem tres diversi sunt tituli, archetypum eorum cum repetitione conferam, dum mihi obtigit acquisitio ejus ipsius speciminis, quo Auctor usus est ad corrigenda nomina & allinendas observationes post editum opus nascentes; de quibus dein.

Ed. I.

Leonhardi Plukenetii M. D. opera omnia botanica in sex Tomos divisa, viz.

- I. II. III. Phytographia.
- IV. Almagestum botanicum.
- V. Almagesti botanici Mantissa.
- VI. Amaltheum botanicum.

In quibus stirpes illustriores, minus cognitæ, exoticæ, rarioresque novissime detectæ ad plures Chiliades describuntur, tum iconibus tabulis æneis CCCCLIV. summa cura depictis figurantur. Lond. ap. G. & Jo. Jennys, Reg. Soc. typogr. 1720. 4to. maj.

Titulus hic rubrica distinguitur. Excipit eum, quam prima solam fert, inscriptio:

Ed. I.

Ed. III.

Prodiit hæc 1764. sed vereor, ne solus titulus novus sit absque ulla accessione, non tamen sine hæsitacione id dirimam, quum ea coram non sit.

6) HALLERUS Bibl. bot. T. I. § 829. a Regina MARIA sublevatum, ut curam gereret horti Hamptonienfis, ex *Tour through Great-Britain* I. p. 281. allegat, quod de hac ultima parte intelligendum erit.

Vol. I.

LEONHARDI PLUKENETII, M. D. Phytographia, seu Stirpium illustriorum & minus cognitarum Icones, tabulis æneis summa diligentia elaboratis, quarum unaquæque titulis descriptoriis ex notis suis propriis & characteristicis desumptis insignita ab aliis ejusdem fortis facile discriminatur. Pars prior.

——— *Meminisse juvabit.*

Sumptibus Auctoris. Lond. 1691. (4to maj.)

Pars prior - Tab. 1-72.

— altera - 73-114.

Appendix ad rariorum

plantarum icones - 115-117.

Pars prior - Tab. 1-71.

Appendix ad rariorum

plantarum icones - 72-78.

— altera - 79-114.

„Propter literarii sculptoris incuriam aut saltem nostram in hoc opere properantiam contigit iconem „T. 82. fig. 5. adscriptam absque titulo exhiberi. Hujus ergo Synonyma hinc subnectere lubet, ut suo „loco reponantur *viz*: 5. Cerasa Hottentottorum. Lycium africanum fr. cerasi rubro Par. Bat. Prodr. „349. Rhamnus africana Cerasi fructu Eiusd. P. B. P. 369. “

Appendix altera Tab. 118-120.

Appendix altera Tab. 115-120.

qua Stirpes aliquas exoticas proponere nos placuit, quarum exemplaria ex India orientali humanissimus vir experientissimus Chirurgus *Rich. Sambach* misit amico suo *Jacobo Petiver* Pharmacopoeo apud Londinates Botanico meritissimo, a quo demum ad delineandas æreque exprimendas accepimus. Iffis itaque duobus cordatis viris grates agere debent de his, qui studium botanicum colunt.

Pars tertia Lond. 1693.

Pars tertia Lond. 1693.

Tab. 121-239.

Tab. 121-239.

(alio charactere sculptus titulus.)

alterum exemplum nullo consilio habet 221-250.

Appendix ad Partem tertiam Phytographiæ LEONH. PLUKENETII

240-250.

240-250.

Vol. II.

Almagestum botanicum s. Phytographiæ Pluc'netianæ Onomasticon, Methodo Synthetica digestum; exhibens stirpium exoticarum rariorum novarumque nomina, quæ Descriptionis locum supplere possunt. Cui (ad ampliandum Regnum vegetabilium) accessere Plantæ circiter *quingentæ* suis nominibus similiter insignitæ, quæ nullibi nisi in hoc opere (sex fere Plantarum Chiliadas complectente) memorantur. Adjiciuntur & aliquot novarum Plantarum icones. In gratiam philophytosophorum in lucem nunc editæ.

——— *Trahit sua quemque voluptas.*

Lond. 1696.

Edit. I.

Edit. I.

Edit. II.

LEONH. PLUKENETII Phytographiæ Pars IV.

cui

— *nil nisi præmia defunt; ibid. eod. 7)*

(Titulo non sculpto, ut vol. I. sed typis expresso.)

Tab. 251-328.

Vol. III.

Almagesti botanici Mantissa, plantarum novissime detectarum ultra millenarium numerum complectens, Cui tanquam pedi jam stantis Columnæ PLUS ULTRA inscribere fas est. Cum Indice totius operis ad calcem adjecto; ibid. 1700.

Tab. 329-350.

Post præfationem monitio exstat hæc: „Tab. 281. 282. 288. 292-296. Phytographiæ nondum sunt „æri incisæ, quo circa plantæ hujus numeri ad delineationes his tabulis adscriptas tanquam nondum editis ab „Almagesto referuntur.“

Unicum, quæ altera hæc editio primam superat, hoc erit, quod Tabulæ istæ *adsint*; sed Bibliopolæ suas res adeo aut parum intellexerunt aut curaverunt, ut istam monitionem totidem verbis ad calcem dictæ præfationis repeterent. Hinc non facile definiamus quando sint sculptæ? num ad istam demum editionem? ex iisque aureis, quos, qui sequenti Volumine nominantur, dedere? an inter Auctoris reliquias post fata repertæ?

Præfationem istam excipit porro: *Lud. Peuzæi ad Plukenetium Anglorum Apollinem Epistola, data Cantabr. 1699. & Naturæ querela ad Jovem*; carmen hyperbolicum in operis paterni laudes a filio Roberto conscriptum ibid. signatum. Ambo hæc in Auctoris exemplari omissa sunt, consilio ut videtur. Indicantur enim ad præfationis finem *Custode*, ut vocant typographi.

Vol. IV.

LEONH. PLUKENETII Amaltheum botanicum, i. e. Stirpium indicarum alterum Copiæ cornu, millenas ad minimum & bis centum diversas species novas & indictas nominatim comprehendens, quarum sexcentæ & insuper selectis iconibus æneisque tabulis in gratiam Phytosoporum exquisite & summo artificio illustrantur. Lond. 1705.

Tab. 351-454.

Opus temporis sacratum.

In magnis vel voluisse sat est.

Post præfationem interjecta est quarta plagulæ pars cum nominibus „undecim virorum qui singuli quinque „aureos subscribere pro singulis exemplaribus, ad hujus „operis sublevanda impendia.“

b 2

Jam

7) Duo exempla vidi hujus editionis II. in quorum altero omnes figuræ eodem volumine comprehenduntur idque magis cum meo archetypo convenit; in altero tituli sæpe transpositi, quod in eodem & hic factum est.

Jam vero si quæras, quomodo hæ figuræ comparatæ sint? varia audies judicia. Alia molesta erunt, ut illud LINNÆI Philof. bot. § 265. „*Plukenetius cum coætaneis introduxere ex Indiis vastissimam plantarum messem, nec genere nec specie definitam; nescio itaque an majori Botanices emolumento an onere majore?*“ Alia censoria ut in SLOANEO. Alia honorifica, ut illud in Actis Angl. No. 193. 193. 225. quorum prior inscribitur „*A Letter from that incomparable Botanist Mr. JOHN RAY, giving an Account of the Phytographia of Leonh. Plukenet M. D. — In compliance with your desires I have sent You a short account of Dr. Pl. Ph., not such a one as the Work deserves, but as I am able to draw up. — the learned & ingenious Author of these Tables &c.*“ Idem in Synopsi nunquam fere sine laude ejus mentionem facit; & Linnaeus etiam Nostrium in Bibl. bot. p. 22. ad usitatissimos Iconographos refert. Et sane vix ullus exoticam rariorem aliquam plantam describit quin prius auctorem nostrum evolverit, videritque, numne Is jam ejus habeat sive figuram, sive nomen? Quod in primis Linnæum fecisse non ex Speciebus Plantarum modo & Mantissis, sed ex postrema quoque Regni Vegetabilis editione Murrayana patet, ubi passim tum nova allegat Plukenetii synonyma, tum priora figurarumque citationes emendat.

Ipse vero Plukenetius eo fuit candore, ut plures figuras *ideo* bis poneret, ut alteram meliorem fisteret; v. Not. ⁱ) quamvis non semper id duplicatarum causam fuisse largiar. Quod in genere objicitur, naturali statura plerumque minores eas esse, non servata partium proportione, verum est, sed vitari non potuit, nec ipsi soli cum Petivero commune vitium est. Videas Bocconum, Morisonum, Barrelerium, aliosque; & simili menda laborare agnosces; neque tamen ideo spernuntur. Quum enim *siccas* acciperet plurimas exoticas, nec nisi *certas* determinaret, quas operæ fuit pretium sculpi, non potuit sane sesquipedalia flagitare specimina, idque vitium raritate earum compensatur. Aliud autem, ad quod minus videntur attendisse Momi, est differentia inter ipsas tabulas ex diverso cælatore nata. Habuit enim *J. Collins, Yeates, S. Gribelin, M. van der Gucht, Sommer, Hulsbergh* pluresque alios; non sane ejusdem in exprimendis plantis nec ingenii nec elegantia. Singulare quidem est, quod nomina Tabulis subjecta, non modo æri etiam incisa fuerint, sed separato æris fragmento, quod in ea Tabula, ad quam pertinebat, post excusas figuras excuderetur. Hinc duplex numerus cujusvis tabulæ est, alter loco solito, ad angulum superiorem dextrum aut sinistrum, alter, cum superiori idem, in angulo sinistro supra nomina positus; duplex quoque excudendi ejus linea conspicitur. Hinc nomina aliquot locis in Ed. II. alienis Tabulis adjecta, e. gr. LXXVII. LXXX. XCIV. XCV. atque hinc etiam explicanda est nota, de *literario sculptore*, quem a figurarum sculptore hoc nomine distinguit in Appendicis ad P. I. titulo. Hoc tamen in Phytographia tantum factum est, non in Mantissa nec Amaltheo; ad illam in suo quidem exemplari, nunc meo, calamus ea supplevit, non æque in hoc.

Sed de conficiendi hujus Indicis ratione verba quædam sunt facienda. Tenuis videtur labor, ut inscriptum titulo apophthegma habet; quid enim magis compilationem sapit quam numeros excerpere iisque vocabula adscribere? Recte, si nil aliud agendum esset. At inspiciendas plurimas, &

plus

plus semel, fuisse figuras cum nominibus PLUKENETII conferendas, extricandasque docebunt additamenta ad finem. Sic vero in hunc laborem incidi; dum Göttingæ studiorum causa degerem ab a. 1764-1767. & plantas multas Cryptogamicas legissem, in quibus extricandis frustra laborabam, ubique citatum Dillenium evolvere cœpi, sed haud expeditum erat tironi, cum Linnæo eum conferre. Composui itaque hyeme anni 1765. INDICEM figurarum DILLENII earum, quas Linnæus allegat, sed sine nominibus auctoris, quem una hîc exhibeo, sed auctum. Dein vidi, ipsum ILL. LINNÆUM similem confecisse *) in RUMPHII Herbarium Amboinense, opus, post Hortum Malabaricum immortale, & in plantis Indiæ Orientalis neutiquam seponendum. Hunc in alphabeti feriem transfudit Rumphiani operis editor JO. BURMANNUS, similemque edidit in Hortum Malabaricum *suis sumptibus* Amstel. 1767. fol. Usus quem ex his percepi, mihi persuasit, ut colligendas e Plukenetio citationes amanuensi mandarem, ipse reviserem. Sed quantum erat in citando peccatum! has ergo, ubi ad duas plantas eadem figura citabatur, excerpti seorsim, atque toto hoc indice transcripto mecum Upsaliam detuli, quum istam Academiam ob sidus Historiæ Naturalis a. 1771. adirem, Præceptorique Linnæo monstravi. Placuit ipsi labor, sed valde displicuere menda quæ tamen Ipse, collata non solum figura & synonymo, sed ipsa quoque planta, manu sua correxit.

In ipso autem Indicis textu typis exscribendo triplex literarum forma occurrit, alia & plurima est vulgaris, de qua non est quod moneam; eadem *porro*, singulis elementis disjunctis in Tabulis, quas prima non habet editio, aut quæ omnino non sigillatim allegantur, facile tamen quoad familiam cognoscendæ; & *denique* ITALICA quam vocant, s. obliquus character, adhibitus iis, quibus nigrum theta: *male* Linnæus addidit. Quibus B. adscriptum vides, ea Linnæus ex Burmanni Flora indica adscivit; quibus *Asteriscum*, ea ego adjeci pauca. Cur vero non plura eo modo addiderim? erunt forte qui quærent. Ratio fuit, quod Linnæanum indicem dare volui qualem titulus prodit; Is vero noluit „*malos figuras extricare sed bonas allegare*,“ nec ego mihi me ultra Magistrum sapere persuasi; & quam difficile sit, plantarum figuras non e conjectura, nec cum perpetuis dubitationibus (?) determinare, cum expertis novi, licet primo intuitu facile dicas: hoc est Gnaphalium, Millefolium; hic Ranunculus, hæc Orchis, Erica & sic porro. Ista vero non sapiunt, si *speciem* addere nescis.

Ita vero ea, quæ hîc exhibeo, sunt posita, ut *primo* Indicem excipiant *notulæ*, minutioribus literis passim indicatæ in textu; *dein* *Catalogus* figurarum *bis* in Plukenetio *occurrentium*, alterutra plerumque meliore. Hunc sequuntur *citationes falsæ duplices*, in quibus notes velim, numerum qui pagina adversa a sinistris est, ad utramque citari, sed figuram exhibere eam plantam, cujus nomen prius positum est, ad dextram vero alterius numerum haberi, adeoque in Specc. Plantt. emendandum. *Porro* pauca eæ, ad quas figuræ a Linnæo citantur, sed quæ vel omnino non exstant in editione prima, vel sphalmate allegantur, nec tamen duplices, ut præcedentes.

Exci-

*) Amœn. acad. Vol. IV.

Excipiunt hæc, quæ sola hæctenus inedita fuere additamenta MS^{ta} auctoris ad Tabulâs. Valde enim dubito, & causa est cur dubitem, in Editione, quam *tertiam* tantisper numeramus, lucem hæc vidisse. Sed nec ea omnia edo. Credidi enim, dum hoc meum emerem exemplum, & diu postea, omnia ignota novaque esse, quæ copiose Almagesto alleverat auctor; & aliter ne suspicatus quidem sum. At egregie fefellit opinio. Dum enim in mentem incideret, fortene pars earum Notarum in subsequentiis operibus prodiisset, ideoque cum Mantissa compararem, en! totidem verbis eadem, nec hanc aliud quicquam esse, nisi easdem Notas impressas, hîc scriptas, reperi. At vero, quas Phytographiæ Tabulis addidit stricturas, non alibi vidi, hinc partem curavi exprimendam, omnia non nisi flagitantibus rerum peritis daturus, licet non multo plus quam 3. plagulas effectura. Tempore enim Auctoris nostri magna eruditionis botanicæ pars in noscenda Synonymia erat posita, quo memoriæ onere, seu intolerando potius jugo, LINNÆUS los levavit. Bene sit ejus manibus vel ideo, precor! Quæ quum ita sint, nolui nec meo nec Lectorum otio in iis omnibus exscribendis abuti.

Denique agmen claudunt, quæ ibidem solo sphalmati ortum debent citatæ figuræ cum suis emendationibus. Hæc si non frustra suscepti, alios similis generis indices propediem cum publico communicabo.



INDEX LINNÆANUS IN PLUKENETII OPERA.

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

- I. 1. *Artemisia maderaspatana.*
 2. *Mimosa Unguis Cati.*
 3. *Mimosa cineraria.*
 4. *Guilandina Bonduc.*
 5. *Acer rubrum.*
 6. *Bannisteria benghalensis.*
 7. *Osmunda crispa.*
 8. *Trichomanes tunbrigense.*
 9. *Adiantum flabellulatum.*
 10. *Urena finuata.*
 11. *Hibiscus furattensis.*
 12. *Hibiscus Sabdariffa.*
 13. *Hibiscus virginicus.*
 14. *Arenaria faxatilis.*
 15. *Spergula nodosa.*
 16. *Montia fontana.*
 17. *Sibthorpia europæa.*

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

8. 1. *Lavatera olbia.*
 2. *Lavatera triloba.*
 9. 1. *Evolvulus alfinoides.*
 2. *Sida retusa.*
 3. *Sida alba.*
 4. *Melochia concatenata.*
 5. *Sida spinosa.*
 10. 1. *Celosia lanata.*
 2. *Achyranthes aspera; β indic.*
 3. *Ambrosia artemisifolia.*
 4. *Amygdalus nana.*
 11. 1. *Bubon Galbanum.*
 2. *Glinus dictamnoides.*
 12. 1. *Apocynum cannabinum.*
 2. *Menispermum Cocculus.*
 13. 1. *Asparagus asiaticus.*
 2. *Aster linariifolius.*

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

15. 1. *Aristolochia Serpentaria.*
 2. *Asparagus capensis.*
 3. *Inula squarrosa.*
 4. *Chrysanthemum ferotinum.*
 5. *Anthemis mixta.*
 6. *— — Cota.*
 7. *— tinctoria, β Triumphetti.*
 18. 1. *Gunnera perpenfa.*
 19. 1. (an *Cynara?*)
 20. 1. (an *Aralia?*)
 21. 1. *Rudbeckia purpurea.*
 2. *Buphthalmum durum.*
 3. *Ethulia divaricata.*
 22. 1. *Buphthalmum helianthoides.*
 2. *Rudbeckia triloba.*
 3. *Bidens bipinnata.*

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

23. 1. *Campanula hederacea*.
 2. *Galega virginiana*.
 3. *Cornus florida*.
 4. *Rhododendrum Chamæci-*
 5. (stus.
 6. *Cistus polifolius*.
 7. *Clusia polygonoides*.
24. 1. *Monarda punctata*.
 2. *Conferva reticulata*.
 3.
 4.
 5.
 6.
25. 1.
 2.
 3. *Convolvulus vitifolius*.
 4.
26. 1.
 2.
 3.
 4. *Sicyos angulata*.
 5. *Tillandsia usneoides*.
 6.
 7.
27. 1. *Iva frutescens*.
 2. *Baccharis halimifolia*.
 3. *Commelina benghalensis*.
 4. — — *nodiflora*.
 5. *Bartfia viscosa*.
28. 1.
 2.
 3.
 4. *Statice ferulacea*.
 5. *Celastrus bullatus*.
 6. *Ceanothus americ.*
29. 1. } *Cactus mamillaris*.
 2. }
 3. — *triangularis*.
 4. *Chara tomentosa*.
 5.
 6.
 7.

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

30. 1. *Polypodium cambricum*.
 2.
 3.
 4. *Polypodium auriculatum*.
31. 1.
 2.
 3.
 4. *Geranium maritimum*.
 5.
 6.
 7.
32. 1. *Holcus halepensis*.
 2. *Milium paradoxum*.
 3.
 4. *Holcus spicatus*.
 5.
 6. *Uniola paniculata*.
 7. *Triticum maritimum*.
33. 1. *Bromus distachyos*.
 2.
 3.
 4. *Pharnaceum distichum*.
 5. *Phalaris paradoxa*.
 6. *Agrostis rubra*.
 7.
 8. *Phleum arenarium*.
 9. *Aira præcox*.
 10.
34. 1.
 2.
 3. *Carex axillaris & remota*
 4. (quæ variett.
 5. *Carex pallescens*.
 6. — — *hirta*.
 7.
 8. — — *arenaria*.
 9.
 10. — — *pulicaris*.
 11.
35. 1. *Scirpus fluitans*.
 2. *Littorella lacustris*.
 3. *Guajacum offic. β*.
 4. — — — *α*.
 5.

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

36. 1. *Atriplex pedunculata*.
 2. *Menispermum canadense*.
 3. *Heliotropium curassavicum*.
 4.
 5.
 6.
 7. *Phyllanthus Epiphyllanthus*.
37. 1.
 2. *Hyoseris radiata*.
 3.
 4.
 5. *Hyoscyamus pusillus*.
38. 1. *Centaurea Seridis*.
 2.
 3.
 4.
 5.
39. 1. *Centaurea fonchif*.
 2.
 3. *Centaurea erucifolia*.
 4.
 5.
 6. *Senecio incanus*.
 7.
 8.
40. 1. } *Scirpus mucronatus*.
 3. }
 2. — — *triqueter*.
 4. *Juncus holoschoenus*.
 5. }
 6. } *Scirpus* { *romanus*.
 { *cæspitosus*.
 { *acicularis*.
 7. }
 8.
 9.
41. 1.
 2.
 3.
 4. *Galeopsis Tetrahit*.
 5. *Triumfetta Bartramia*.
 6. *Aldrovanda vesicularis*.

Plukenetii est Linnei:

Tab. Fig.

42. 1. *Draba incana*.
 2.
 3.
 4. *Statice reticulata*.
 5.
 6. *Liquidambar styraciflua*.
 7. *Pulmonaria suffruticosa*.
 8. *Cherleria fedoides*.
43. 1. *Lotus creticus*.
 2.
 3. *Amaryllis Atamaſco*.
 4.
 5.
 6. *Cressa erratica*.
 7.
44. 1.
 2. }
 3. } *Malva* { *parviflora*.
 4. } { *hispanica*.
 5. } { *tournefortiana*.
 6. *Melochia corchorifolia*.
 7. *Bauhinia tomentosa*.
 8. *Bryum pellucidum*.
45. 1.
 2.
 3. *Parthenium hysterophorus*.
 4. }
 5. } *Trifolium Mel. indica*.
 6.
 7.
 8.
46. 1. *Cratægus Crus galli*.
 2. *Viburnum prunifolium*.
 3.
 4. *Cratægus coccinea*.
47. 1.
 2.
 3.
 4. *Hypnum viticulofum*.
 5. *Bryum hypnoides*.
 6. *Mnium fontanum*.
 7.
 8. *Lycopodium clavatum*.
 9. — — *cernuum*.

Plukenetii est Linnei:

Tab. Fig.

10. *Conferva polymorpha*.
 11.
 12.
 13.
48. 1. *Pilularia globosa*.
 2. * *Fucus cristatus*.
 3.
 4.
 5.
 6.
 7.
 8. *Myrica æthiopica*.
 9.
49. 1. *Myrica cerifera*.
 2.
 3.
 4. *Oenanthe pimpinelloides*.
 5.
50. 1.
 2. *Hedysarum spinosissimum*.
 3. — — *gangeticum*.
 4. *Grewia orientalis*.
 5.
 6.
51. 1.
 2.
 3.
 4.
 5.
52. 1.
 2. *Ranunculus aquatilis*.
 3. *Dolichos scarabæoides*.
 4. — — *bulbosus*.
 5.
 6.
 7.
53. 1.
 2. *Polygala bracteolata*.
 3. *Herniaria lenticularis*.
 4.
 5. *Parthenium integrifolium*.

Plukenetii est Linnei:

Tab. Fig.

54. 1.
 2. *Satureja virginiana*.
 3. }
 4. } *Quercus* { *Prinos*.
 5. } { *rubra*.
 6. } { — — β .
55. 1. *Ranunculus parviflorus*.
 2.
 3.
 4. *Reseda lutea*.
 5.
 6.
 7.
56. 1. *Rhus copallinum*.
 2. *Iatropha gossypifolia*.
 3. *Justicia procumbens*.
 4. *Aesculus Pavia*.
 5.
57. 1.
 2.
 3.
 4.
 5.
 6. *Phlomis purpurea*.
 7.
58. 1.
 2. *Saxifraga stellaris*.
 3. *Heuchera americana*.
 4.
 5. *Globularia bisnagarica*.
 6. *Spermacoce verticillata*.
59. 1. *Saxifraga pensylvanica*.
 2. *Ixora coccinea*.
 3.
 4.
 5. *Scrophularia Scorodonia*.
 6. *Galega villosa*.
60. 1. *Cassia Absus*.
 2. *Arachis hypogæa*.
 3.
 4.
 5.

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

61. 1. } Sifyrinchium Bermudiana.
 2. }
 3. Sifon inundatum.
 4.
 5. Scorzonera Picroides.
62. 1.
 2.
 3. Solanum virginianum.
 4.
 5. Sonchus maritimus.
63. 1. Bafella alba.
 2. Ceanothus asiaticus.
 3. Heracleum angustifolium.
 4.
64. 1.
 2.
 3. Cestrum nocturnum.
 4.
 5.
 6. Coldenia procumbens.
65. 1.
 2. Teucrium flavum.
 3.
 4. }
 5. } Thalictrum { foetidum.
 6. } { lucidum.
 { angustifolium.
 7.
 8. Euphorbia maculata.
66. 1.
 2.
 3.
 4.
 5.
67. 1.
 2.
 3.
 4. Tribulus cistoides.
 5. Ebenus cretica.
68. 1. Trifol. Mel. ornithopodioides.
 2.
 3. Liriodendron Tulipifera β.
 4. Magnolia glauca.

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

69. 1.
 2.
 3.
 4.
 5.
 6.
 7.
70. 1. Verbena prismatica.
 2. Veronica virginica.
71. 1. Vicia sylvatica.
 2. Lathyrus palustris.
72. 1.
 2. Vicia cassubica.
73. 1.
 2. Artemisia judaica.
 3.
 4. Robinia Pseud-Acacia.
 5.
 6.
 7.
74. 1.
 2.
 3.
 4. Limosella aquatica.
 5. Oldenlandia uniflora.
 6. Malva gangetica.
 7. Sida periplocifolia.
 8.
75. 1. Mœhringia muscosa.
 2. Gypsophila prostrata.
 3. Bufonia tenuifolia.
 4.
 5. Lychnis quadridentata.
 6. Mollugo oppositifolia B.
 7.
 8. Illecebrum lanatum.
 9. — — vermiculatum.
76. 1. Cicuta maculata.
 2.
 3. Borrago indica.
 4.
 5.
 6.

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

77. 1. Asclepias variegata.
 2. Thobroma Guazama.
 3.
 4. Cephalanthus occident.
 5. Arum triphyllum.
 6.
78. 1. Aristolochia arborefcens?
 2. Asarum virginicum.
 3. Asparagus capensis.
 4. Inula hirta.
 5. Aster tenuifolius.
 6. — — dumofus.
79. 1. Aster divaricatus.
 2. Conyza linifolia.
 3. Astragalus sesameus.
 4. — — Stella.
 5.
 6. Dodecatheon Meadia.
80. 1.
 2.
 3.
 4.
 5. Myrsine africana.
 6.
 7. Phlomis zeylanica.
81. 1. Winterana Canella.
 2. Cynara humilis.
 3.
 4. Ageratum ciliare.
 5.
82. 1.
 2. Achyranthes lappacea.
 3. Hymenæa Courbaril.
 4.
83. 1.
 2.
 3. Polymnia Uvedalia.
 4. Chryfogonum virginianum.
 5. Coreopsis Chrysantha.
 6. Cistus calycinus.

Plukenetii est Linnei:

Tab. Fig.

84. 1.
2.
3. *Verbescina alata*.
4.
5.
6. *Cistus lævipes*.
7. *Atragene alpina*.
8. *Satureja græca*.
9. *Conferva capillaris*.
85. 1.
2. *Nepeta virginica*.
3.
4.
5. *Melothria pendula*.
6. *Cupressus disticha*.
86. 1. *Spartium complicatum*.
2. *Sophora tinctoria*.
3.
4.
5.
6. *Achyranthes corymbosa*.
7.
8. *Arabis canadensis*.
87. 1.
2. *Kuhnia eupatorioides?*
3.
4. *Conyza bifrons*.
5.
6. *Eupatorium perfoliatum*.
88. 1. *Ageratum Conyzoides*.
2. } *Eupatorium* { *hyssopifolium*.
3. } *Eupatorium* { *aromaticum*.
4. } *Eupatorium* { *rotundifolium*.
5.
6. *Thea bohea*.
89. 1.
2.
3.
4.
5. *Acrostichum ilvense*.
6.
7.
8.
9. *Acrostichum ferruginosum*.
10.

Plukenetii est Linnei:

Tab. Fig.

90. 1.
2. *Fumaria lutea*.
3. — — *cucullata*.
4.
5.
6.
91. 1.
2. *Cynofurus coracanus*.
3.
4. *Scirpus echinatus*.
5.
6.
7. *Carex panicea*.
8. — *pilulifera*.
92. 1. *Andropogon hirtum*.
2.
3. *Cenchrus echinatus*.
4.
5. *Panicum alopecurum*.
6.
7.
8.
9. *Juncus nodosus*.
93. 1.
2. *Arethusa ophioglossoides*.
3. *Sonchus tenerrimus*.
4. *Hypericum nummularium*.
5. — — *ericoides*.
6.
7.
94. 1.
2. *Centaurea napifolia*.
3. *Serratula Chamæpeuce*.
4. *Guajacum sanctum*.
95. 1. *Cestrum diurnum*.
2. *Adonis capensis*.
3.
4. *Trianthema monogyna*.
5. *Paullinia asiatica*.
6.
7. *Acrostichum pectinatum*.

B

Plukenetii est Linnei:

Tab. Fig.

96. 1. *Laferpitium peucedanoides*.
2. *Ligusticum scoticum*.
3.
4.
5. *Pforalea corylifolia*.
6.
7.
97. 1.
2. *Gmelina asiatica*.
3.
4.
5.
6. *Randia aculeata*.
7.
8.
9. *Houftonia cœrulea*.
98. 1. } *Phlox* { *pilosa*.
2. } *Phlox* { *subulata*.
3. } *Phlox* { *setacea*.
4. *Capraria biflora*.
5.
6.
7.
8. *Mnium serpyllifol. cuspidat.*
9.
99. 1.
2. *Melampyrum aristatum*.
3.
4. *Acalypha virginica*.
5.
6. *Utricularia minor*.
100. 1. *Cratægus tomentosa*.
2. *Lycopodium rupestre*.
3. — — *circinale*.
4.
5. *Chærophyllum coloratum*.
6. } *Liquidambar peregrinum*.
7. }
101. 1. *Sphagnum palustre*.
2. *Cacalia atriplicifolia*.
3. } *Cardamine* { *petræa*.
4. } *Cardamine* { *virginica*.
5. } *Cardamine* { *africana*.
6.
7.

102.

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

102. 1. *Hedyfarum diphyllum*.
 2.
 3. *Claytonia virginica*.
 4. *Oxalis violacea*.
 5. *Bartfia coccinea*.
 6.
 7. *Zannichellia palustris*.
103. 1. *Cocos guineensis*.
 2. *Zamia pumila*.
 3. *Cinchona herbacea*.
 4.
 5.
 6.
104. 1. *Passiflora foetida*.
 2. *Trioestum angustifolium*.
 3.
 4. *Piper longum*.
105. 1.
 2.
 3. *Asplenium rhizophyllum* ^{aa)}
 4.
 5.
 6.
106. 1. } *Calamus Rotang*.
 2. }
 3. *Anemone quinquefolia*.
 4. — — *thalioides*.
 5. *Hydrocotyle asiatica*.
 6.
 7. *Potentilla supina*.
107. 1. *Epigæa repens*.
 2. *Refeda glauca*.
 3.
 4. *Fagara Tragodes*.
 5. *Tragia urens*.
 6.
108. 1.
 2. *Pisonia aculeata*.
 3. *Croton spinosum*.
 4.
 5. *Androface carnea*.
 6. *Primula Vitaliana*.
 7. *Sphæranthus africanus*.

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

109. 1. *Eclipta erecta*.
 2. *Ixora alba*.
 3. *Serratula noveboracensis*.
 4. *Sesamum indicum*.
110. 1.
 2.
 3. *Smilax aspera*.
 4.
 5. *Smilax Pseudo-China*.
 6.
111. 1. } *Smilax bona nox*.
 3. }
 2. — — *Sarsaparilla*.
 4. *Solanum diphyllum*.
 5. *Physalis curassavica*.
 6. *Trillium sessile*.
112. 1. *Senecio hieracifolius*.
 2. *Rivina humilis*.
 3.
 4.
 5. *Bignonia sempervirens*.
 6. *Euphorbia heterophylla*.
113. 1.
 2. *Euphorbia thymifolia*.
 3.
 4.
 5. *Trifolium glomeratum*.
 6.
 7. *Boerhaavia scandens*.
 8.
114. 1.
 2. *Knoxia zeylanica*. ^{b)}
 3. *Veronica aphylla*.
 4. *Lantana Camara*.
 5. — — *involucrata*.
 6. *Lathyrus Clymenum*.
 7. *Viola pedata*.
 8. *Solidago bicolor*.

Plukenetii est Linnæi:

Tab. Fig.

115. 1. *Clethra alnifolia*.
 2.
 3. *Tabernæmontana Amfonia*.
 4. *Bupththalmum frutescens*.
 5. *Evonymus americanus*.
 6.
 7.
116. 1. *Crepis sibirica*.
 2.
 3. *Gloriosa superba*.
 4.
 5. *Thymbra spicata*.
 6.
 7.
117. 1. *Mesembryanthemum umbellatum*.
 2. *Drosera lusitanica*.
 3.
 4. *Saururus cernuus*.
 5. *Liriodendron tulipifera*.
 6. *Epidendron nodosum*.
118. 1.
 2.
 3.
 4. *Phlomis zeylanica*. ^{c)}
 5. *Eclipta prostrata*.
 6.
119. 1. *Alopecurus hordeiformis*.
 2.
 3. *Scirpus dichotomus*.
 4. *Oldenlandia umbellata*.
 5. *Barleria* { *Prionitis*.
 { *Hyfrix, potius*.
 6.
 7.
 7.
120. 1.
 2.
 3. *Trianthema pentandra*.
 4.
 5.
 6. *Croton urens*.
 7.
 8.

Plukenetii est Linnæi:

- Tab. Fig.
121. 1. Pinus balsamea.
 2.
 3.
 4. } Mimosa { horrida.
 5. } { cinerea.
 6.
122. 1. } Mimosa { cornigera.
 2. } { Intfia.
 3.
 4. Rhamnus lineatus.
123. 1. } Mimosa { nilotica.
 2. } { reticulata.
 3. Gleditschia inermis.
 4. } Acer Negundo.
 5. }
 6. Trichomanes adiantoides.
124. 1.
 2. Adiantum pedatum.
 3. Acrostichum calomelanos.
 4.
 5.
